

Herdan:
Succincta
enotatis
le tribus
ii sive primis
infundationis
toris.









3

SVCCINCTA ENODATIO
DE
TRIBVS IISQVE PRIMIS

619

**INFEVDATIONIS
LITTERIS**

QVAE

A. 1273, 81 et 1300

BVRGGRAVIIS IN NVRNBERG

EX GENTE COMITVM DE ZOLLERN
FRIDERICO PATRI ET FILIO

A

**RVDOLPHO ET ALBERTO
ROMANORVM REGIBVS**

SVPER

BONIS IBI SVpra ET INFRA SCRIPTIS
CONCESSAE ET INDVLTAE FVERVNT
SOLO VERITATIS HISTORICAE STUDIO

SINE OMNI PRAEIVDICIO

NIMIAE CONFIDENTIAE AVT DIFFIDENTIAE

AD

ILLVSTRANDAM

CIVITATIS NORIMBERGENSIS
SEMPER LIBERAE NEC VNQVAM MVNICIPALIS
HISTORIAM

CONSCRIPTA ET PVBLICATA

A

I O. SLEIDANO

NORIMBERGAE A. O. R. c1300ccli.





LECTORI BENEVOLO

S. P. D

IO. SLEIDANVS



num amicissimus mihi Io. Paullus Roeder magnam semper ex historia rerum Germanicarum, quam olim Rector Gymnasii Aegidiani Norimbergensis ex officio docebat, singulari nutu institutus hauriret et sentiret uoluptatem: factum est inde, ut non modo rerum in Germanico imperio nominatimque in Ciuitate Norimbergensi a Carolo M. usque ad sic dictum Magnum Interregnum gestarum momenta per certas periodos in actibus quibusdam oratorius declamationibusque scholasticis proponeret et exhiberet, sed etiam orationibus quibusdam ligatis et commentatione de Norimberga semper libera praelo subiectis in lucem eruditorum protruderet. Quia uero aliis iam distractus negotiis relam, quam ordinis est, pertexere haud ualebat: pari ego concitatus et inflammatus studio singularia, quae adhuc restant, hystoriae patriae momenta conquisiui et examinari. Dum igitur in periodis iam

) (2

ante

ante dictis praesertimque illa de Comrado III prima fere mentio Burggravorum Norimbergensium occurrebat mihique etiam de ortu et progressu Comiciae Burggraviae in Nurnberg multae inter se pugnantium sententiarum praecipuarumque opinionum collisiones obueniebant: statui necum, in huius originem conditionemque rimatius curatiusque indagare. Sed pensatis in utranque partem rationibus quum uiderem, nullo me feliciter modo in eruenda ueritate progressurum esse, quam si primas inuestiturae litteras, quae antiquissimae splendidissimaeque Familiae Comitum Zolleranorum et Friderico quidem Patri A. C. 1273 et 1281 a Rudolpho Rege Romanorum itemque etiam Filio eiusdem nominis ab Alberto Rege 1300 datae et concessae fuerunt, solo ueritatis eruendae studio examinarem factaque singularum partium disquisitione supputarem. Supputatis autem rerum in supra dictis inuestiturae litteris contentarum momentis haud leuia et spernenda deprehendi argumenta, quae ad historiam Comiciae Burggraviae in Nurnberg pertinent multamque ueritati lucem accendunt. Largam quidem in hac disquisitione messem feci meumque in priuatum usum collegi: sed tamen non animo prius decreui meo publicam in lucem producere ea, quae de Comicia Burggraviae in Nurnberg conquisiui et conscripsi, quam quum legerem et uiderem malas ex animo praecipuato sibi soli sapienti et placenti ortas consequentias in Chronica illa de Ciuitate Norimbergensi a Ioanne ab indagine conscripta et compilata rectiusque male fundata dicenda. Possent quidem pro amico meo respondere uis facili negotio, quae in Commentationem de Ciuitate Norimberga semper libera ferociter audacterque dictatorio quasi modo et odio Varimiano euomit, si oleum et operam perderem lazeremque et aethiopem lauarem cauillationibusque et criminationibus honesto uiro indignis iustas debitasque obicerem confutationes. Pronocatus tamen a Thrasone illo Terentiano, qui post principia stat, amici partes defendens ommissis sciomachorum et mirmillonum uelitationibus moribusque andabatarum solidam nudamque luci publicae ueritatem exponere eaque sigillatim, quae de litteris inuestiturae super bonis ibi contentis conquisiui, facto compendio communicare uolui. Huc autem tanto lubentius festinantiusque excitabar et instigabar: quum cognoscerem ex Nouis Lit-

terariis

zerarius Beytrag zu den Erlangischen gelehrten Anmerkungen
 XXXVI Woche 1750 pag. 570, Virum illustrem Christoph. Phil. Simold von
 Schüz dictum, Serenissimi Principis Onoldini Consiliarium Intimum primumque Iu-
 dicii Caesarei Prouincialis in Nurnberg Assessorem in edenda Historia Diplomatica
 Serenissimae Domus Brandenburgicae hoc etiam sibi proposuisse, ut supra dictis in-
 uenturae literis notas adiceret suas. Vti uero sine omni dubio eiusmodi notae,
 ceu expectare fas est, magni erunt momenti; ita spero, fore, ut si qua in prae-
 senti disquisitione restringenda, emendanda aut ex probatis documentis aliter demon-
 stranda occurrunt, exinde meliora et certiora edoceamur. Porro etiam quum in
 Repertorio Reali Pragmatico Iuris publici et feudalis imperii Romano - Germanici
 cum praefatione Christiani Gotlibii Buderii Ienae edendo, ceu ex plagula speciminis
 loco publicata legere erat, sub titulo Burggrafen multa de Burggrauis in
 Nurnberg minus adaequate, distincte et solide exarata occurrerem: nouo incitabar
 stimulo, ut, quae de Comicia Burggrauiae in Nurnberg collecta iam habebam, pu-
 blico eruditorum ingenue honesteque sententium iudicio exponerem.

Quod uero ad ipsas infeudationis litteras pertinet, eas desumsi ex Productis,
 quae Caussam illam magnam Iurisdictionis criminalis circa nonnulla in territorio Norim-
 bergensi (cuius existentia iam A. 1246 in Chronico Abbatiae Senonensis apud d'Achery
 occurrit) sita loca concernunt, simulque etiam singulis numeris expressa uerba praeposui, quae
 tribus infeudationis literis continentur, praesertimque annotaui differentiam earum
 et omissionem singulorum punctorum, quae in Transumptis Autographorum littera-
 riorum brieflichen Urkunden coram Caesareo Commissario Calmbaci productio-
 rum A. 1561 signo etceterationis notata inueniuntur quaeque, ut ex ore Aduo-
 catorum Burggrauensium constat, ceu rerum minutissimarum portiones als Klei-
 nigkeiten producta non fuerunt. Quemadmodum autem ipsa literis inuestiturae
 contenta bona partim inter se diuersa nec ullo cohaerentia nexu, partim etiam
 singulari emtionis titulo uendita et pignoris nomine possessa reperiuntur: ita nunc
 sequentem in modum distingui possunt. Primum igitur occurrunt iura personalia et fru-
 ctus

Etus in Ciuitate Norimbergensi, quae Burggrauio parim uice Imperatoris parim pignoris loco et feudali titulo concedebantur et confirmabantur longiusque etiam ab Urbe extendebantur, ceu n. 1 Comicia Burggrauiae, n. 3 custodia portae, n. 4 iudicium prouinciale in Nurnberg, cui uice Imperatoris praesideat, num. 5 ius constituendi officialem, qui praesideat una cum Sculteto, num. 17 decem librae de officio Sculteti et num. 18 totidem librae de telonio (quae duae posteriores partes Romani imperii pignora fuerunt et a Serenissimis Marggrauis eorumque Coniugibus et Filiis pretio dato acceptoque nominatim sigillatimque ad Ciuitatem Norimbergensem transferebantur). Deinde iura realia in urbe Norimbergensi continet num. 2 castrum, quod tenuit ibidem Burggrauus. Circa et extra urbem iura personalia et fructus comprehendunt num. 6 numi pro fabricis ferrariis, num. 7 numi pro areis, num. 8 numi pro messoribus, (conf. Electorale Decretum ad A. 1362, apud Lunigium Reichs-Archiv aliosque et Linnaeum) num. 9 tertia fera, num. 10 tertia arbor, num. 11 officium foresti ex parte pontis: sed iura realia circa et extra urbem complectuntur num. 12 uillam Werdam et num. 13 uillam Buch. Tandem etiam extra territorium Norimbergense iura personalia sunt num. 16 aduocacia coenobii in Steyna et n. 4 iudicium prouinciale, quantum in alias Germaniae partes extendebatur, itemque iura realia n. 14 oppidum Schuauand et n. 15 castrum Creusen. Huc accedit, quod inuestiturae ab A. 1273 et 1281 diuersis in partibus multum differunt quodque Aduocatus Brandenburgicus in earum productione a numero 9 usque ad num. 16 inclusue res imbi contentas uel ultra dimidium omisit signoque etceterationis notauit. Postea uero quum litterae Albertinae A. 1300 datae in decreto illo Electorum, dem sogenannten Churfürsten Spruch A. 1362 a Burggrauio Friderico integraliter producerentur: eae tunc ex parte Norimbergensium Grauanimibus Reuisionis primum insertae sunt, ita, ut de duabus Rudolphinis chartis etceteratis non ex certo constet, quae nam uerba formalia suppleri debeant aut possint.

1.

Litterae infeudationis Romani Regis Rudolphi super Burggrauiatu Norimbergensi et Iudicio Prouinciali A. 1273. *

2. Bulla aurea Rudolphi Romanorum Regis super infeudationem Burggrauiatu Nurembergensis et Iudicii prouincialis A. 1281. **

3. Lit-

* *Primarium in rubro praetermissum est momentum, quo scilicet primam hanc fuisse constet inuestituram pro Comitibus Zolleranis factam. Licet enim alii ex hac gente Burggrauiae officium et titulum iam ante gesserint: nihil tamen aliud quam personale officium fuit; cuius uel tollendi uel transferendi potestas, ut ante Familiam Zolleranam contigit euenitque, ex arbitrio Romanorum Regum atque Imperatorum unice efficaciterque dependebat. Iam uero si poneremus, hanc ipsam non fuisse primam inuestituram; singularis ista Friderici infeudatio non necessaria fuisset: quid? quod et ipsius frater natu maior Conradus, qui sigillo Comiciae Burggrauiae in Nurnberg sic dicto iam A. 1265 utebatur, quum Fridericus sigillam adhiberet gentilitium, simul etiam eiusdem infeudationis particeps fuisset reddendus; cuius tamen sors neque ipsi neque tribus eiusdem filius contigit. Porro etiam, si haec prima non fuisset inuestitura: Friderici filia Maria Comitissa Oettingensis eiusdemque sorores haud sane in detrimentum Agnatorum et Consanguineorum Parenti suo pro casu deficientis masculae prolis substitui surrogarique potuissent; uti etiam haec ipsa substitutio pro Maria iam dicta Comitissa tam fauorabilis et salutaris habebatur, ut caeterae eiusdem sorores tali iuri quaesito sigillatim nominatimque renunciare cogerentur.*

** *Praeter id, quod secundae infeudationis litterae in rubro Aurea Bulla, cuiusmodi plura tenet possidetque Ciuitas Norimbergensis, insigniantur, mirum hoc non potest non uideri, nomen Burggrauiatu, quod in ipsis infeudationis Imperatoris litteris nusquam occurrit idque etiam circa idem tempus hic locorum nondum in usum seu uerius, ut postea, in abusum uenit, tribus infeudationis chartis in fronte seu rubro*

A

bro

3. Litterae infeudationis Romanorum Regis Alberti super Burggraviatu Nurimbergensi et Iudicio prouinciali ibidem A. 1300.

I. Rudolphus Dei gratia Romanorum Rex Semper Augustus, uniuersis praesentem paginam inspecturis salutem et credere subnotatis. Regalis praeceminentiae requirit honestas, ut singu-

bro postmodum ex affectata recentioris aevi consuetudine praefixum fuisse atque adeo frontem seu rubrum haud sane nigro seu interno litterarum argumento conuenire. Vti autem tres istae infeudationis chartae, quarum duae priores ab Aduocatis Burggrauensibus productione nondum ex autographo prodierunt, tertia autem in decreto Electorali A. 1362 publicata inuenitur, non tale feudum in se comprehendunt, cui tanquam basi et fundamento caetera innituntur, sed modo bonorum infra uel supra scriptorum ibidem mentio fit: ita etiam facili negotio formaque optima concludendum est, decem et sex illa singula puncta, quae in tribus infeudationis litteris non eodem tenore leguntur, tanquam res minus inter se cohaerentes, quae in Productione iudiciali trium infeudationis litterarum, quia pro rerum exiguissimarum minutiis habebantur, conf. Praefatio, non omnes simul indicatae sed signo etceterationis notatae fuerunt, non tantam in se continere uim et efficaciam, ut ex Burggraviatu recens dicto Norimbergensi Principatus euenire potuisset; quanquam hoc Ludewigius Cancellarius ex infeudationis litteris ab A. 1273 extorquere uoluit, sed tamen eos simul nugiuendulos appellauit, qui Principatum Burggrauiorum ultra quaerunt (Tom. VII Reliqu. MSC p. 556). Neque aliter etiam Rudolphus ipse Rex Romanorum de feudis praesentibus iudicauit: quum hanc bonorum supra dictorum infeudationem tenuitatem uocaret; uti sane Io. Cernitius Vicarius Registrator Brandenburgensis sequentia uerba, quae libro suo (decem e familia Burggrauiorum Norimberg. Electorum Brandenb. Eicones et res gestae cum Genealogiis Berolini 1628) inseruit, ut postquam alia maior per Imperii Romani fines dignitas non uacaret, tenuitatem huius boni confuleret, haud citra probabilitatem ex ipso Tabulario Brandenburgico desumpsisse uidetur.

singulos et uniuersos deuote nobis et fideliter famulantes condignis debeamus praemiorum retributionibus praeuenire, ut spe remunerationis caeteri ad nostra et imperii obsequia confidentius animentur. Notum igitur esse uolumus et praesentibus publice testamur, quod nos aduertentes deuotionem et fidelitatem dilecti nobis Friderici Burggrauii in Nuremberg. *

2. Ru-

* *Prima in charta infeudationis Burggrauius Fridericus nomine dilecti insignitur. In secunda quidem nobilis Vir et Consanguineus, uti etiam gener ipsius Ludouicus iunior Comes de Ottinga nobilis Vir appellatur: sed tamen Rex Albertus I. Fridericum filium in suis infeudationis litteris dilectum modo uocat. Vnde autem titulus Consanguinei ad Patrem deuenit, nondum omnino liquet. Optandum est igitur, ut ex certis rationibus ea demonstretur consanguinitas: quae tamen, si fuit, inter A. 1273 et 1281 contigisset neque Albertum Rudolphi filium attigisset. Quod ad uerba Burggrauius in uel de Nuremberg pertinet: tale officium non prius quam anno 1154 sub Conrado III cognitum inueniri adhuc potuit. Cuiusnam autem Familiae, num forte illi de Vohburg an de Hohenloch, Comites Zollerani hoc in officio successerint: non est, quod iam prolixius demonstretur, sed id tantum notari meretur, priora inter Burggrauios, qui ante Comites Zolleranos fuerunt, occurrentia nomina non tam in Zollerana quam potius Hohenloica gente deprehendi; quanquam posteriora et Conradorum quidem utrique genti communia fuerunt, ita, ut disquirendum esset, quando primus huius nominis ex Familia Zollerana officium hoc susceperit. Neque minus etiam notari fas est, omnes et singulos Burggrauios ex gente Comitum de Zollern, quantum constat, in publicis chartis non alio nisi Burggrauiorum nomine a Regibus Imperatoribusque fuisse uocatos seque ipsos etiam ceu testes rerum publicarum non aliter quam Burggrauios subscripsisse: licet in nonnullis diplomatibus Latinitatis affectatae silo conscriptis Praefecti in Nurnberg denominarentur. In quoniam autem officium Burggrauii de Nuremberg constiterit; id Burggrauius Fridericus*

2. Rudolphus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus. Omnibus in perpetuum Regalis praecminentiae debitum esse dignoscitur, uniuersos sibi deuotos et fidelitatis promittuntur obsequentes condignis retributionum praemiis praeuenire, ut exemplo remunerationis huiusmodi prouocati caeteri ad ipsius obsequia confidentius animentur. Ad uniuersorum igitur tam praesentium quam etiam futurorum noticiam uolumus per-

A. 1362 diuersis in querelis, quas coram Electoribus ab Imperatore Carolo IV delegatis produxerat, ita definire et determinare uoluit, ut diceret, exinde se Burggrauium de Nuremberg uocari, quod castrum imperiale ad Norimbergam situm deberet occupare, si Caesar uita decessisset, ipsumque hoc tueri ac tenere usque ad recens electi Regis auspicia, et heise davon ein Burggraf von Nürnberg, daß er des Reichs Burg ob Nürnberg sollte einnehmen, wenn ein Kaiser abgieng und sollte der pflegen und auch innen haben bis an künftiges Reich: quanquam ne id quidem ciues ex ordine Senatorio Norimbergenses Burggrauium concesserunt, asserentes, castrum et urbem coniunctim pertinere ad Imperium semperque fieri debuisse, ut Praefectus Castris imperialis, si Caesar obiit, Castrum ipsum Ciuibus Norimbergensibus traderet, qui hoc usque ad recens factam noui Regis electionem obtinebant; id quod etiam ex locupletissimis Henrici, Ludouici et ipsius Caroli Romanorum Regum priuilegiis coram Electoribus delegatis satis abundeque comprobantur, Burggrauius autem nihil pro se testimoniorum authenticorum in lucem proferre ualuit. Memorandum est praeterea iam in priuilegiis eorundem Imperatorum demandatum esse Castrensibus, ut castrum imperiale die Reichs Besten uacante imperio Senatui Norimbergensi traderent, postmodum uero a Ruperto Rege A. 1401 et a Sigismundo A. 1422 priuilegiis datis solum et unice eidem Senatui in perpetuum concreditum fuisse. Vnde etiam Rex Carolus IV iam anno 1349, orta uulgi Norimbergensis seditione, quum Senatui Ciuitatis Norimbergensis demandaret, ut Castrum imperiale custodirent ac defenderent, Burggrauii nullam ne uerbulo quidem mentionem fecit: id

peruenire, quod nos attendentes fidem puram deuotionemque puram, quam nobilis Vir Fridericus Burggrauus de Nuremberg Confanguineus et fidelis noster dilectus erga nos et Romanum gerit Imperium.

3. Albertus Dei gratia — protestamur, quod nos aduertentes deuotionem et fidelitatem dilecti nobis Burggrauii de Nuremberg.

A 3

Num.

*id quod eum in finem allegauimus, ut constet, nullam castri imperialis tuendi regendique curam fuisse Burggrauio de Nuremberg demandatam, quum tamen alibi Castrorum imperialium defensores moderatoresque Burggrauii fuisse dicantur. Quod tandem ad multos in Imperio Germanico cognitos Burggrauios, quos Iunkerus et Pffingerus itemque Pertschius et Loeberus citant quique etiam duplo augeri numero facile possunt, pro scopo nostro attinet: dignum est notatu, Comites Zolleranos ea diuersum in modum, ut se ab aliis distinguerent, usos fuisse praerogatiua, ut interdum aut nomini Iustri-
co nomen Comitum praesigerent nomenque Burggrauii postpouerent aut hoc totum omitterent aut etiam post nomen Iustricum nomen Burggrauii, Comitum de Zollre scriberent neque raro gentilitium Comitibusque Zolleranis proprium sigillum adhiberent. Verum enim uero mirandum est utique, nostris temporibus ultra modum extolli quaterniones illos citra nullum fere selectum corrasos probabilitateque Caroli IV aeuo peruulgatos, in quibus ex numero Burggrauiorum Magdeburgensis primum et secundum Norimbergensis obtinebat locum ipsique etiam hinc ad exornationem dignitatis principalis impetrandae nobile membrum S. Romani Imperii dicebantur, ita, ut inde Auctor Voti sic dicti Gylmanniani singulare dignitatis principalis argumentum sumeret. At enim, ut taceamus, alios etiam, qui in his quaternionibus non leguntur, nobile S. Romani Imperii membrum uocari; dudum iam Ludouicus Bauariae Dux, quum Albertus Marggrauus Brandenburgicus eos in usum demonstrationis adhibere uellet, ipsorum nullitatem ostendit, conf. Mulleri Reichs-
Tage, Theatrum et Landgerichtliche Acta. Sed de huius rei ueritate*

A 3

tate

Num. I.

1. Vniuersa bona infra scripta uidelicet Comiciam Burggrauiae in Nuremberg. *

2. Comi-

*tate distinctius euidentiisque conuincetur is, qui gnaniter attente-
que perpendit ea, quae Scriptores aduersarii de Burggrauio Magde-
burgensi primum locum obtinente scribunt inprimisque uero Consi-
liarius Intimus Brandenburgicus Ludeuuius Tom. VIII Reliqu.
MSC praefat. pag. 14. aperte monstrat; Burggrauius Gibichen-
steinensis castri par Magdeburgico Burggrauio, uterque tamen in-
ferior Comite Mansfeldensi et Querfurtensi (qui posterior non in-
tuitu Burggrauiatu titulum Dei gratia usurparit) fuerit pag. 15.
De reliquis duobus Burgrauis Reineckio et Strombergico non est,
quod in praesenti dicamus; quia nunquam in altiore emergserunt
gradum multique alii eiusdem conditionis isto tempore inclaruerunt.*

* *Ex ipso statim nomine bonorum infra et supra scriptorum patet, non
tanti res momenti eo nomine contineri posse, quanti olim ab Aduoca-
tis Burgrauiensibus uenditabantur. Quod uero ad ipsa illa bona
infra et supra dicta pertinet: primum occurrit Comicia Burggra-
uiae, quae in litteris uenditionis A. 1427 his uerbis officium et iudi-
cium in castro, das Amt und Gericht auf der Burg uocatur; ubi
statim ex adiecto nomine Burggrauiae patet, huc non quadrare ea,
quae generaliter de Comicia seu Comitatu proferuntur. Aduocati
quidem Burgrauenses multa olim et sesquipedalia uerba de nomine
Comiciae iactitarunt diuersosque auctores, qui Comiciam et Co-
mitatum proprie sic dictum pro uno eodemque habuerant et inter
se considerant, haud adaequate congruenterque allegarunt (conf.
Io. Basil. Seidel in seinem Versuch von Burggraffthum Nürnberg
pag. 133 ex Struuii Diss. pecul. et Hornii Henrico illustrato pag.
305 in Diplom. Friderici II: quod tibi duos Principatus uidelicet
Landgrafiam Thuringiae et Comitiam Palatii Saxoniae cum
ipsorum pertinentiis contulimus): recentiores autem nomen Comi-
ciae (in Actis et Actis wegen der durch die Eisenachische Erb-
schaft dem Herrn Marggrafen zu Dnolzbach Durchlaucht zuge-
fallnen*

2. Comiciam Burggrauiae in Nuremberg &c. bona supra scripta,

3. Vniuersa bona infra scripta uidelicet Comiciam Burggrauiae in Nuremberg.

Num.

fallnen Comitiae in Sayn bey dem von Pfalz gemachten Anspruch) non satis extenuare atque exinanire potuerunt. Quemadmodum igitur nomen Comiciae exigui leuisque momenti uidetur esse; dum ipsa uox Comitatus nonnullis ad dioecesin particularem attinentibus hic locorum pagis tribuebatur et imponebatur (Alberti Bischof zu Bamberg Bestättigung der von der Kraftshofer Gemein gestifteten Frühmehs A. 1429, hominum de Comitibus uillarum Crafts-hof, Neunhof, Puch —): ita etiam inter plures alios apud Hunding Metrop. Salisburg. T. II pag. 70 occasione Comitatus Saynen-sis A. 1247 a Mechtilde Comite Saynenfi uidua Comiti de Spanheim traditi sequentem in modum occurrit; item Castrum Saffenberg cum feodis attinentibus, Castrum Hilkerode cum feodis attinentibus, Comiciam de Hademare, Aduocaciam de Bunne et similiter omnes Aduocacias et Comicias, quas habuit Auunculus noster, ipsa uero praedicta Comitissa sibi retinuit in sua potestate. Neque minus inde Lunkerus in Geograph. Med. Aeu. pag. 542. 552. seqq. testatur, Comicias fuisse exiles et personales modo dignitates ideoque exiguo pretio uenales: uti etiam hinc Burggrauienfis Aduocatus de redbibus Comiciae Burggrauiae in Nurnberg uliro fateatur in caussa Nosocomii in der Lazareth; Sache Articulo super-additionali 138, tale officium non singularis aestimationis sed adeo tenuis et exilis fuisse redditus, eines so schmalen und geringen Einkommens, ut neque dynastae neque Comitis dignitati sustinendae rite legitimeque sufficiat. Quod porro ad Comiciam Burggrauiae in Nuremberg pertinet, eam Burggrauus Fridericus A. 1362 in allegata iam querela Burggrauiam, Burggraffschaft; Carolus IV A. 1363 Officium Burggrauii, das Burggrafen Amt et in litteris pro obtinenda dignitate principali concessis Officium Burggrauiatu nominauit. Item quoque Comitatus Burggrauiae, die Graf-schaft

Num. II.

1. 2. 3. Castrum, quod tenet ibidem. *

Num.

schaft der Burggrafschaft A. 1340 et 1364 audit, donec tandem sub initium Saeculi XV nomen Burggraviatus, Burggrasthum, in abusum uenit. Satis igitur superque liquet, Officium Burggrauiae non tam aliis uideri, quam uisum est Principis Onoldini Consiliario intimo &c. Gabrieli Pachelbel a Gehag (Dissert. praeuia de Originibus Electorum Praeide D. W. Gabriele Pachelbl a Gehag habita 1705 Halae und anderweite Mantissa zur Pachelblischen praeuia dissertatione de Originibus Electorum, item Deutsche Reichs Staats Urkundliche Nachrichten vor die Churfürstlichen Rechte und absonderlich vor das Burggrasthum Nürnberg auf den Reichs Erz Pförtner.

*Comiciam Burggrauiae sequitur inter bona per feudum concessa in tribus infodationis litteris Castrum, quod Burggravius tenet ibidem. Notandum est autem, castrum hoc, quod Burggravius tenet, die Burghut ab Arce Imperiali et ab alio castro seu, ut Burggravius Fridericus loquitur, sua Residentia diuersum esse. Prius enim castrum est uecutilimum, quod adhuc stat, aedificium in custodiam Arcis Imperialis extrudum die Burghut auf dem Burgfrieden genannt, quod ad portam Arcis ita dictam das jetztgenannte Bestner Thor situm est. Ab hoc autem castro Comites Zollerani dicti et appellati sunt Castellani et Castri Imperialis Ministeriales indeque etiam diuersa Castri Imperialis feuda tenuerunt, quorum nonnulla Ciuitati Norimbergensi A. 1427 uendiderunt. Vti igitur talia feudorum acquisitorum bona a Burggrauensi procuratore, der Burggrafschaft Amtmann, qui suam in hoc castro sedem habebat, ante factam eorum uenditionem administrabantur: ita nunc ea post uenditionem unus ex familia quadam patricia Norimbergensi ortus primum quidem sub cognomine Burggrauii deinde uero ceu Praetor huius castri et aliorum eodem pertinentium bonorum constitutus als Amtmann des Burgfriedens und Richter des Amts der Besten zu Behrd und ander dazu gehörigen Güter hodieque administrat. Caeterum

rum ab ista castris modo dicti custodia Pachelbelius custodiam Palatii
 Caesarei das Reichs; Erz; Pförtner; Amt, ut supra dictum, in
 Burggraviis Norimbergenses deriuare uoluit: quum in allegatis
 iam Germanici Imperii relationibus authenticis Teutschen Reichs
 Staats; Urkundlichen Nachrichten pag. 28. §. XI, quas duobus
 Serenissimis Principibus et Marggrauis tunc regentibus Christia-
 no Ernesto et Guilielmo Friderico dedicauit, hunc in modum scri-
 psit; Burggravius Norimbergensis est Custos Palatii Caesarei Oder
 Reichs; Erz; Pförtner adeoque unus ex Supremis Palatii Officiali-
 bus illincque statim a condito Burggraviatu Norimbergensi inter
 Electores est receptus et adhuc recipiendus. Sub castro igitur,
 quod Burggravius tenet, nullum aliud intelligi potest, quam quod proxi-
 me situm est ad portam Arcis Imperialis dictam; quia Burggrauis huius
 portae tuendae et obserandae curam demandatam habuerunt: id
 quod etiam uisa adhuc oculis hominum appendix uerusti aedificii,
 quae cum dicta porta cohaeret, luculenter euidenterque demonstrat.
 Quod ad alterum Burggrauiorum castrum seu residentiam attinet:
 habebant olim eorum Antecessores in hoc officio aulam Burggra-
 uiorum ita dictam einen sogenannten Burggrafen; Hof e regione
 templi S. Iacobó dicati meridiem uersus; ex qua quondam filii eo-
 rum duo cum canibus uenatum equitarunt et quum illi fabri cuius-
 dam falcium messoriarum filiolum dilacerassent, ab insaniente uulgo
 miserandum in modum discerpti fuisse dicuntur. Haec aula iam di-
 cta, quae ex parte restat, das Schloßlein genant, ab illis ad
 Comites Zolleranos et hinc ad Fratres Teutonicae Domus tanquam
 beneficium ecclesiasticum deuenit: qui deinde huius aulae iura
 A. 1367 Conrado Waldstromero supremo forellorum
 circa Norimbergam imperialium Praefecto ipsiusque Con-
 iugi Agneti coram Iudicio Prouinciali in Nurnberg pro cer-
 to annuo foenore in feudum haereditarium detulerunt,
 sed A. 1419 Senatui Norimbergensi ius domini directi die Eigen-
 schaft cum aliis bonis uenundederunt. Quod reliquum est, notari ad-
 huc meretur, aulam istam Burggrauiorum antiquorum, in qua
 turris et aedificium eminebat, asseribus et sepibus circumdatam
 fuisse. Castrum uero, quod postmodum Burggrauis tenuerunt
 B suam-

suamque residentiam uocarunt, a castro ad portam Arcis Imperialis sito
 longe inferius in protensa decliuitate ultra 60 passus Orientem uersus
 iacebat constabatque ex magno quodam aedificio, quod a duabus
 turribus, Occidentem uersus a turri quinquangularem dictam fuisse
 effigiem Thurm et Orientem uersus a turri quadrangularem seu
 Specula Lueg inß Land uocata, quam Ciues Norimbergenses A.
 1366 uetustae turris reliquiis auf ein altes Thurmstück impo-
 fuerunt, cinctum fuit: uti etiam alii praeter Burggrauios nomina-
 timque Coldizii aedes et turrim ad Imperiale Castrum habebant
 easque A. 1430 Senatui Norimbergensi uendebant itemque Secken-
 dorffii, quorum domus priori bello cum Marggrauis gesto exusta et
 concremata fuit, pluresque nobiles ad Castrum Imperiale Montem-
 que ita dictum Bannerorum auf dem Bannersberg eiusmodi sedes
 tenuerunt. Quum uero dominus de Leiningen Praefectus urbis
 Laufensis Palatinus istam Burggrauiorum residentiam, non autem
 Castrum ad portam situm aut Castrum Imperiale, combussit et exus-
 sit: illi bustum cum turribus, muris aedificiisque et areis A. 1427
 Ciuitati Norimbergensi pretio tradiderunt: cuius postea in locum
 A. 1494 granarium extructum fuit. Licet igitur Castrum, quod
 tenuit Burggrauius ab imperio, ab illius residentia longe diuersum
 sit: nobis tamen in contrarium ista uerba, quibus usus est Frideri-
 cus in capellae D. Othmaro sacrae ad Abbatem Monasterii Ae-
 gidiani A. 1267 facta donatione, quod in residentia sua sita sit, ab
 aliter sentientibus obiici possent, quasi ipse residentia in circuitu Ca-
 stri imperialis collocata fuisset. Verum enim uero putatitius ille nodus
 Gordius facile resolui potest: si quis perpendit, Regem Fridericum II
 ex donatione sua A. 1215 facta post discessum Capellani sui Capellam
 seu Aedem D. Margaretae sacrae in Castro imperiali Domui Teu-
 tonicae (necessitati eius procurare uolentem) cum omnibus sacris
 et profanis iuribus immunitatibusque dono dedisse ac reliquisse;
 Fridericum autem capellam S. Othmari nunc Walpurgis extra ca-
 strum imperiale sitam anno demum 1267 Abbati Aegidiano donasse.
 Quum et praeterea uox ipsa Residentiae uulgarem dudum notionem
 obtinuit ita, ut A. 1285 Henricus Alumne domum et aream, quam
 Norimbergensi Ciuitati uendidit, domum et aream residence nostre

Num. III.

1. 3. Custodia portae sitae prope idem castrum.
2. Custodia portae iuxta idem castrum sitae. *

Num.

stre sitam apud Fratres minores uocaret itemque in antiquis Germanica lingua exaratis documentis residencia nihil aliud nisi sedem, ein Gesäß oder Sitz notat: satis abundeque patet, sacellum D. Othmari eo stetisse loco, quo Burggrauui suam habebant sedem, nempe in loco extra muros extremos Castris imperialis sito. Eodem quoque sensu non possunt non intelligi uerba in litteris donationis a Conrado de Schluffelberg ratione decimarum in Escherbach et Erelbach ad Coenobium Hailbronnenense factae sic contenta, actum et datum circa festum S. Georgii Martyris in Curia Burggrauui praedicti. Tandem denique notamus, eos, qui eiusmodi ab initio Numeri II dictum castrum tenuerunt, Castellanos seu Castrenses fuisse dictos, uti iam anno 1264 Reineccius ille, qui secundum allegatos iam quaterniones ex numero quatuor Burggrauuorum fuit, in Laudo inter Archiepiscopum et Ciuitatem Coloniensem facto Theodoricum Castellanium et Burggrauuium se subscripsit illincque se priori nomine Castellanium et posteriori demum Burggrauuium nominauit; itemque etiam Burggrauuios Officiali seu Ministro, qui in Castro ad portam Arcis sito habitauit, nomen Custodis Castris, eius Burgmannes, dedisse. Vnum est, quod restat annotandum, quia in litteris infeudationis expresse leguntur uerba, castrum, quod tenet, iam antea castrum hoc ad portam Arcis imperialis situm Comites Zolleranos obtinuisse custodiendum.

* Quum iam occasione Castris nonnihil etiam mentionis iniectum sit de custodia portae: primo statim loco notandum est, ambitum seu pomerium Castris Regalis, ut ex ipso conspectu euidentissime patet, tribus portis, quae custodiae Arcis die Burghuten uocantur, communitum et obseratum fuisse. Prima earum, cuius custodiam Comites Zollerani tanquam Officiales in feudum acceperunt, euntes deduxit in agrum patentem, ita, ut nemo usquam nisi per hanc portam

ram in campum exire possent. Sciendum est etiam, nullam ex urbe Norimbergensi in Arcem imperialem adscendentibus hac in regione viam nisi pedibus tritam olim patuisse: dum scala quaedam lignea facello D. Othmari nunc Walpurgis dicto appensa cunctis ex urbe in Castrum transmisit, ceu ex obstructio ostiolo luculenter adhuc apparet; via autem lata et carpentis uehendis aptata post longum tempus ex perra summo labore et impendio excisa saxi que quadratis utrinque communita fuit. Iam vero quum porta primae custodiae, quae ex agro uenientes in Castrum traduxit, Castrum Regale haud satis firmiterque tueri posse uideretur; altera postmodum adiciebatur custodia die Brauneckische Burghut genamnt, ad turrim a rotunditate Simwel-Thurm uocatam sita, quae a Custodia portae Comitibus Zolleranis demandata usque ad portam loco Freyung seu asylo dicto proximam pergat desinitque. Ista autem custodia non exiguae amplitudinis fuisse uidetur; dum Ioannes Burggrauus in contractu uitalitio cum Conrado Geudero eiusque uxore A. 1396. facto in der Conrad. Geuderischen Eheleute Leibgeding sibi reseruauit eam ita, ut si forte ipse aut sui Norimbergam uenirent, ibidem sibi commorari liceret. Vii igitur dictam hanc custodiam portae non sine ullis argumentorum probabilium rationibus Comites quidam ex antiqua gentis Hohenloicae profapia orti tanquam feudum imperii habuerunt tantumque de Comicia Burggrauiae olim administrata retinuerunt: ita eadem post gentis Hohenloico-Braunecciae decessum ad Burggrauos A. 1393 deuenit illicque anno 1396 a Burggrauo Ioanne in Conradum Geuder eiusque uxorem translata tandemque Ciuitati Norimbergensi 1427 pretio concessa fuit. Quod ad tertiam portae custodiam attinet, ab Arce Imperiali usque ad portam Braunecciam pertinebat, sub qua etiam tertia porta in urbem Norimbergensem patens in decliui iacebat eiusdemque custodia sinistrorsum eminebat. Quia igitur haec unica erat porta, quae ducit uestros carpento in Arcem imperialem: plura hinc ex ea regione, qua Custodia portae eminebat, facellum D. Margareræ uersus aedificia commoditatis ergo constructa et ordinata conspiciuntur. Hanc ipsam autem custodiam portae ab antiquissimis iam temporibus Dornbergii, Visebbeckii, Hasenii de Hasenburg, (quibus etiam

Num. IV.

1. 3. Iudicium prouinciale in Nurenberg, cui etiam uice Imperatoris omne iudicium iudicans praesidebit, *

2. Iu-

etiam ratione custodiae inter alia uilla Lichtenhof in feudum a Carolo IV A. 1358, uti Burggrauis Wehrda &c. et Vifchbecciis A. 1339 piscinae ad Coenobium Pillenreutense una cum aedificiis adiacentibus dem Weiher Haus genannt, concedebantur) tandemque Waldstromeri tanquam feudum imperii tenuerunt eamque uero duae posteriores familiae cum domo, area et turri A. 1432 ad Ciuitatem Norimbergensem pretio soluto tradiderunt. Quemadmodum igitur Custodes portae modo dicti tanquam Ministeriales Castrum imperialis diuersa feuda acceperunt, quum et alii talia haberent Castrum imperialis feuda: ita plurima eorum cum pertinentibus bonis Ciuitati Norimbergensi obtigerunt. Quod si ergo Burggrauii tanquam Custodes Palatii Caesarei supremis Palatii Officialibus annumerandi illincque Supremi Imperii Ostiarii Reichs Erz Pförtner uocandi essent: eodem sane iure et caeteris Palatii Caesarei Custodibus nomen hoc attribui adiudicarique posset.

* *Putant quidem Aduocati contrariae partis, Iudicium prouinciale in Nurnberg pro annexo Comiciae Burggrauiae habendum, ut inde imaginarium Vicariatum et Praesidatum prouinciae deriuarent. Sed quum hic ab illa longe diuersus sit et in litteris infuedationis inter Comiciam et Iudicium Prouinciale Castrum et Custodia portae legatur: eo ipso ordine haec praesumta et praedudicata unio confutatur. Satis etiam superque constat, nullo non tempore Iudicium prouinciale in Nuremberg a Caesaribus Imperatoribusque dependisse idque tantum Comites Zolleranos uice Imperatoris exercuisse atque hinc etiam in oblatione litterarum coram Iudicio Prouinciali exaratarum gentilitium usque ad medium saeculi XV adhibuisse et impressisse sigillum. Vti igitur expressis in prima*

B 3

et

2. Iudicium prouinciale in Nurenberg, cui etiam uice Imperatoris exercens omne iudicium et iudicans exercebit.

Num.

et secunda infeudationis charta *uerbis legitur*, quod Iudicio prouinciali in Nurenberg uice Imperatoris omne iudicium iudicans praesidebit; *ita etiam non modo* Albertus Marggrauus in priuilegiis Ciuitatum Sueuicarum Iudicium prouinciale Caesareum *anno adhuc 1456, sed et* Caesar Fridericus A. 1489 *saum et imperii Iudicium prouinciale nominauit. Neque minus* tale Iudicium *subiectum erat* arbitrio Imperatoris: *quippe quum* Henricus VII *ex* Caesarea potestate *mandatum dedit* A. 1313, *ut* omne ius, ceu ab antiquo solenne fuit, exerceatur, non plus pecuniae, quam fas et aequum est, poscatur et sumatur, primicerius seu Notarius Iudicii prouincialis non a ciuitate Norimberga alienetur sed ibidem residentiam faciat et Sculteto Norimbergensi obediat pariter et intendat, nemo nisi eques aut honestus iuratus ciuis Norimbergensis assessor esse debeat. A. 1331 Ludouicus hoc pro parte confirmauit *his uerbis*: Es soll auch der Land Richter und die Landschreiber das Land Gericht haben in allen den Rechten, als vor Alter recht ist gewesen, und sollen auch nicht mehr Gelds fordern noch nehmen denn als recht ist gewesen. Anno 1348 Burggrauio supplicanti Rex Carolus IV eam indulgebat gratiam, ut ei liceret substituere in locum ipsius equitem in Iudicio Prouinciali ceu Iudicem prouincialem uicarium einen Vice - Land Richter: quod ipsum etiam pro Burggrauio, quum alias sedem habere Norimbergae praesensque assidere iudicio Senatuique Norimbergensi fidem quotannis suam declarare debuisset, tanti habebatur momenti, ut hoc non modo Electores sed etiam Caesar ipse iam dictus Romae A. 1355 confirmaret stabiliretque; unde factum est, ut eiusmodi substitutus Eques se usque ad medium saeculi XV Iudicem Iudicii Prouincialis in Nurnberg, Landrichter zu Nürnberg, subscriberet. Anno 1349, 1386 et 1456 permisit Caesar libertatem et copiam eiusdem Cadolsburgum ob tumultus a plebe Norimbergae factos illincque Neostadium ac denique in locum sibi probatum transferendi. Tandem Caesar

ex

Num. V.

1. 3. Officialis eiusdem Burggraui una cum Sculteto nostro in Ciuitate Nuremberg iudicio praesidebit. Et quidquid emolumenti de ipso iudicio uel per homicidium uel quemcunque casum alium peruenerit, idem officialis duas partes eiusdem uictus per se tollet. *

2. Idem

ex intercessione Burggraui mandatum promulgauit, ut friuolae et temerariae appellationes intra annum et diem haud continuatae nullo amplius modo admittantur. Praeterea Caesares a Iudicio Prouinciali exemerunt, quemcunque uoluerunt; ceu anno 1315 Norimbergae, 1317 et 1414 Ratisbonae, 1330 et 1489 Aichstadio, 1332 iterum Norimbergae, 1358 Bohemiae de feudis in imperio sitis, 1415 Coloniae, 1428 et 1431 rursus Norimbergae, 1441 Vlmae, 1481 Norimbergae et Winshemio simul contigit euenitque: iidem etiam pro rerum gestarum conditione datam hanc exemptionis libertatem reuocarunt annoque tandem 1456 Burggraui Alberto permiserunt, ut hanc litem cum Imperii Ordinibus componeret. Satis igitur abundeque patet et liquet, nullo non antiquioris memoriae tempore Iudicium prouinciale Norimbergae habitum penes Imperatores Regesque stetit et ab eorum potestate atque arbitrio dependisse. Silentio etiam praeteriri non potest, nullam adesse ab antiquo sancitam et exscriptam caussarum in Iudicio prouinciali agendarum normam sed anno demum 1539 Brandenburgicam Iudicii prouincialis constitutionem sub titulo Brandenburgische Gerichts-Ordnung und Reformation des Burggrafthums zu Nürnberg Kaiserlichen Land- und Fürstl. Oberhof-Gerichts euulgatam typis prodidisse.

* Caesareum Sculteti officium iam dudum ante hanc infeudationem uiguit et post illam in usu fuit. Unde etiam nomen ipsum Sculteti iam in priuilegio Fridericiano confirmatorio Norimbergae A. 1219 dato occur-

2. Item quod officialis eiusdem Burggrauii una cum Sculteto nostro in Ciuitate Nurenberg iudicio praesideat. Et quicquid

occurrit sequentique etiam tempore singularia in documentis nomina Scultetorum, Bertholdi nempe anno 1243 et 1245, Conradi 1246, Henrici 1253, 1254, 1255, Bertholdi 1258, 1259, 1263, 1264, Ifoldi 1262 et Conradi de Chürnburch 1267 subscripta leguntur. Quod si igitur Burggrauii hoc officium per inuestituram accepissent ac tenuissent: sane illud non oppignorari potuisset a sequentibus Imperatoribus; ceu demum anno 1323 pignoris loco receperunt. Non multo autem post nempe anno 1339 Conrado Grossen latine Magno Cini Norimbergensi ex ordine Senatorio cedere iubebantur, qui se Scultetum scripsit eodemque nomine saepius a Caesaribus insignitus est. Licet uero in seditione uulgi quum dictus ille Gros ad Carolum IV tanquam particeps tumultus deferretur, Rex iste Burggrauio Friderico officium hoc in feudum concessisset illincque etiam ipse Henricum de Perg Scultetum constituisset: tamen ei rursus ab eodem, quum meliora edoctus esset, anno 1349 restituebatur; cuius filii etiam post modum hoc officio fungebantur, donec Burggrauius Fridericus illud ab Imperatore anno 1365 oppignoracionis nomine obtineret idque Henrico Geuder administrandum relinqueret. Postea autem a Burggrauio pignus hoc anno 1385 Senatui Norimbergensi in locum hypothecae per quatuor annos rursusque per totidem annos concedebatur tandemque duae tertiae partes Sculteti officii et iudicii una cum decem pondo numorum ex annuo reditu, qui ad ternam tertiam partem officii Sculteti pertinet, et decem pondo numorum ex annua reditu uectigalis Norimbergensis prouenientium antio 1427 uendebantur. Caeterum praefectura rerum capitalium seu iudicium capitale Blut: Bann, uti iam ante Grossenii, ita anno 1371 Alberto Loeuena a Carolo IV sequentibusque ex ordine Senatorio Ciuibus et quidem Nicolao Muffel 1385 a Wenceslao, a Ruperto Bertholdo Pfinzing 1401, Carolo Holzschuer ab eodem 1405, a Sigismundo Ioanni Tucher 1415 usque ad uenditionem antedictam illincque porro concedeba-

) o (

17

quid emolumenti in causa criminali uel ciuili uel sanguinis aut
alia

cedebatur et indulgebatur. Quemadmodum uero satis superque li-
quet, anno 1219 secundum diploma Friderici II, cui Burggrauus
Conradus inter alios testis subscriptus fuit, soli Sculteto criminalem
obtigisse iurisdictionem, ceu patet ex hisce uerbis; quicquid aliquis
Norimbergensis ibidem deliquit, pro quo delicto puniendus esset
in persona aut rebus, si satisfecerit Sculteto nostro (uti etiam
Scultetus noster in tribus allatis infeudationis chartis uocatur),
nulli amplius respondere debet de hoc delicto et gratiam nostram
percipiet: ita e contrario patet, Burggrauo eiusque successoribus
minimam saltem de Sculteti officio partem euenisse, donec tandem
ipsum hoc officium pignoris restituendi loco ab Imperatoribus Ludouico,
Carolo IV et Wenceslao accepissent; quamuis omnes et singuli Sculteti
etiam eo tempore, quo Burggrauus hoc officium Sculteti oppignora-
tum tenebant, secundum diploma Henrici VII A. 1313 datum Senatui
Norimbergensi fidem suam iure iurando quotannis testari deberent.
Abunde etiam documenta produunt, nullum Officialem Burggrauiae,
Amtmann der Burggrafschaft in uicem Sculteti absentis, etiam eo
tempore, quum oppignoratam tenuissent officium, sed alium successisse
Scabinum, anno scilicet 1365 Petrum Nuzel, 1369 Conradum Ba-
benberger, 1378 Eberhardum Vorchtel, 1379 Michaellem Grund-
herr, 1404 Bertholdum Pfinzing et alios plures, qui omnes excepto
secundo ordinis Senatorii fuerunt, quid? quod illum ne testem qui-
dem iudicalem reperiri ac deprehendi: quemadmodum etiam ex lit-
teris anno 1405 scriptis, quibus bona Coenobii Norimbergensis ad
D. Clarae in Comicia Hirschbergensi sita ab eiusdem iudicio liberan-
tur, patet, subditos ad Scultetum Norimbergensem Georgium Krazen,
qui ab anno 1404 usque ad 1408 Caesareo huic officio praefuit, aut
ad Iudicem uicarium et subordinatum Bertholdum Behaim ablega-
tos fuisse. Hisce igitur bene gnauiterque pensitatis uerba, una cum
Sculteto nostro praesidebit, nemque uerba, exercens iudicium et
iudicans exercebit, non alio sumi queunt sensu, quam quo affidere
C
Wey

alia quacunq̄ue obuenerit, duas partes eiusdem lucri idem officialis recipiat.

Num.

Beysigent indicatur : quemadmodum praesidere in illa sic dicta Aurea Bulla Burgrauis anno 1363 data nihil aliud quam assidere significat. Unde etiam Burgrauis Fridericus A- 1362 nihil amplius flagitauit, quam ut Officiali suo duae tertiae partes reddituum adhuc retentae a Sculteto reddantur et restituantur : id quod ipse sequentibus uerbis adiudicatum fuit : liceat ei habere quendam Sculteto assidentem et quicquid multarum obtigerit ex iudicio, sint duae partes Burgrauis et tertia Sculteti. Quodcumque ergo de officio Sculteti tribus in chartis infeudationis Burgrauio concessum et indultum est, non aliorum quam ad sortem lucri, uictus et emolumentum referri potest, quae ita notatur, ut, quicquid emolumentum de ipso iudicio uel per homicidium uel quemcumque casum alium (in his tribus causis criminali sc. uel civili uel sanguinis aut alia quacunq̄ue) obuenerit, duas tertiae partes eiusmodi reddituum Officialis Burgrauis sumat accipiatque. Meminit quidem Burgrauis Fridericus dicto anno modo eorum ex casibus omnibus in iudicio, quando aut quomodo fiant et eueniant, profluentium emolumentorum, siue magna siue parua sint, quae ad ipsum pertinent. Sed tamen alios neque huc spectantes casus allegare uoluit, uti nempe Ciues ordinis Senatorii noua talium mandatorum genera sub poena graui promulgauerint, quibus iudicium uiolaretur ipseque iura minuerentur. At haec ipsa, ut fustus legere est ibi, tam solide refutabantur, ut nihil horum ne uerbulo quidem in sententia Electorum decisum aut quidquam de antiquis Ciuium Norimbergensium iuribus imminutum reperiatur sed in querelas Burgrauis iam dicta illa sententia ferretur. Quemadmodum igitur tota Burgrauis querela confutata est et penitus remota : ita adhuc explicandum restat, quatenam emolumenta, lucri et uictus per homicidium uel in causa criminali uel sanguinis peti sumique possint ; quum alias ex prouerbio Germanico des Henfers Schwerdt

Num. VI.

1. 3. Dicto quoque Burggraui quaeque fabrica in Nurenberg soluet unum solidum annuatim.

2. Item quod quaeque fabrica ferri dictae Ciuitatis Nurenberg duodecim denarios singulis annis dicto Burggraui soluat. *

Num.

Schwerdt einen gulden Knopf hat atque adeo ex suppliciis reorum nihil lucri emolumentique trahi queat. Sed tamen hic nihil aliud nisi multa pro homicidio aliisque delictis certo casu solutae intelliguntur: id quod eo et sequenti tempore dudum in usu et consuetudine fuisse constat; uti in exquisitis Senkenbergianis Selectis Iuris et Historiarum T. VI pag. 84 diuersae ex antiquis temporibus ortae consuetudines, ubi homicidium pretio redemptum fuit, allegantur simulque etiam in Actis Caussae de Iurisdictione criminali agitatae, in dem wegen der grossen Frais; Sache beederseits angezognen Actis, multa exempla reperiuntur.

* Tres illae sequentes partes N. VI, VII et VIII luculenter euidenterque ostendunt, se non ita connexas fuisse, ut separari non potuissent: quia ex medio horum bonorum separatim et iam anno 1386 a Burggraui in Ciuitatem Norimbergensem pretio dato et accepto transferebantur; quum primum anno 1427 caeterae his infeudationis litteris contentae partes (exceptis tamen tribus n. 14, 15, 16 denominatis partibus) uenderentur. Quod autem sigillatim ad sextum numerum pertinet, prima quidem et tertia in charta huius inuestiturae solum uocabulum fabrica legitur, ex quo colligi posset, omnes hic et singulas denotari fabricas. Verum enim uero nomen fabrica cum addita uoce ferri in secunda infeudationis charta satis superque declarat, solidum seu, quod eiusdem ualoris est, duodecim denarios pro fabricis et officinis ferrariis annuatim solui debuisse. Burggrauius quidem anno 1362, quum coram Electoribus non primam aut secundam Rudolphinam sed tertiam Albertinam infeudationis chartam produ-

Num. VII.

1. 3. Censumque tollet ab omnibus areis ab altera parte pontis.

2. Et quod de singulis areis citra pontem in dioecesi Eyste-
tensi censum. *

Num.

produxisset, accusant Ciues Norimbergenses de duodecim denariis
suenumis ita, ut ipsi singulae fabricae ferrariae ex mandato supremo
annuatim eos soluant. At uero Ciues Norimbergenses non aliud ipse
concesserunt, quam quod fando audiuisent, singulas in parochia Lau-
rentiana minores fabricas ferrarias quatuor obolos vier Heller et
singulas maiores fabricas solidum einen Schilling; Haller ei soluis-
se annuatim. Ex hisce igitur indicatis Electores hanc tulere sen-
tentiam, ut intra parochiam Laurentianam, quae tunc temporis ex-
tra urbem sita fuit, singuli fabri ferrarii, qui ustrinam habent, so-
lidum einen Schilling; Pfennig Burgrauio pendant. Patet er-
go satis abundeque, Burgrauium iusto longius suam extendisse que-
relam. Vnde etiam ab ista recessit uniuersalitate tantumque ipse
cum filiis suis anno 1386 Ciuitati Norimbergensi solidum ex quali-
bet fabrica ferraria et ustrina eidem in parochia Laurentiana ad
urbem Norimbergensem debitum iusto et legitimo emtionis et uendi-
tionis modo cum omnibus iuribus, quae tenuit posseditque, uendidit:
uti etiam nihil ultra pretio relinquere potuit. Tandem non sine ulla
ratione coniciendum est, ex eo, quod tales redditus ad Imperium per-
tinebant, solidum illum a fabricis ferrariis et ustrinis solutum tan-
quam censum pro ligno, quod ex silua imperiali Laurentiana nunc
dicta ob lucrum ex tertia qualibet arbore et lignis iacentibus
porrigebatur, quotannis fuisse expendendum.

* Quoadmodum num. VI dicti solidi et denarii, qui Burgrauis pro
ustrinis et fabricis ferrariis solui debebant, modo ad fabricas ferra-
rias in parochia Laurentiana sitas extendebantur: ita etiam luculen-
ter apparet, censum arearum in parochia eadem sitarum intelligen-
dum.

†

Num. VIII.

1. 3. Et de quolibet tempore messis unum messorem. *

2. Et

dum esse: quia parochia Laurentiana olim ad dioecesim Eystetensem referebatur. Quum autem hic mentio fiat de dioecesi Eystetensi: simul constat, posthaec demum factum fuisse, ut ista Ecclesia metropolitana ius suum de Parochia Laurentiana intra urbem sita Bambergensi Ecclesiae cederet. Quod igitur ad ipsum censum arearum pertinet, ex literis infeudationis non patet, quanti fuerit pretii: dum modo singularum arearum, minimarum et maximarum, facta est mentio neque etiam huius census querelam nominatim instituit Burggravius Fridericus. Sed tamen Cives Norimbergenses indicarunt et annotarunt, se fando audiuisse, pro singulis areis duos obolos 2 Heller quotannis fuisse solutos. Unde Electores hanc tulere sententiam, ut singulae areae in dioecesi Laurentiana Burggravius unum pendant numum seu denarium einen Pfennig annuatim. Tandem, ut ante iam mentio facta est, Burggravius Fridericus cum duobus filiis censum arearum tanquam feudum imperii anno Christi 1386 in Cives Norimbergenses in re emtionis ac uenditionis deuoluit idque etiam sequenti anno Wenceslaus Imperator confirmauit.

* Burggravius quidem Fridericus coram Electoribus delegatis postulauit a singulis areis in parochia Laurentiana sitis unum messorem sibi dandum. Sed Cives ex Ordine Senatorio Norimbergenses nunquam se audiuisse responderunt de messore, quem Burggravius accepisset aut in Laurentiana parochia habuisset. Sed tamen Electores eam promulgauerunt sententiam, ut singulae areae ad eandem parochiam pertinentes tempore messis unum Burggrauio messorem in unius diei spatium commodare (commodare tantum non autem dare) debeant: quod autem hic, ut supra, de praefatis areis intelligendum est. Verum enim uero satis probabili ratione factum fuisse uidetur, ut Burggrauio pro messore commodando de areis supra dictis denarii seu census soluerentur: quia Burggravius Fridericus cum filiis inter alia

C. 3

Ciui-

2. Et tempore messium de quolibet unum messorem recipiat.

Num.

Ciuitati Norimbergensi censum pro messore debitum uendit ipsumque hoc uenditionis et emtionis genus sequenti anno Wenceslaus Imperator sua corroborauit auctoritate. Caeterum eadem aliis in locis, quae iure siluatico uulgo *Wald-Recht* fruuntur, deprehenditur consuetudo non iniustata: quemadmodum anno Christi 1325 Henrico Praefecto iudicii et agri *Wendelsteinensis* Heinrich dem Amman von *Wendelstein*, quum apud Officiale Burggrauii Norimbergensis *Erkenbrechtum Kolerum* conquereretur de iure laeso, quod Praefecto *Wendelsteinensi*, quicumque sit, datum et concessum est, ut pro eo ex singulis praediis et uillis ad hanc praefecturam pertinentibus siue sint *Burggrauio* siue *Ciuiibus* addictae, singuli quotannis uiri per duos unius anni dies cum aratro eant in agros aratum eique etiam circa nundinas *St. Iacobi* messorem unum exhibeant, hoc ipsum ius respectu subditorum *Burggrauii* *Norimbergensibus* parentium adiudicabatur. Notandum est autem hic loci, iudicium *Caesareum* fuisse *Wendelsteinii*, quod *Aduocatis* seu *Praefectis* *Wendelsteinensibus* olim *Bögte* und *Ammann* dictis pro feudo concessum fuit. Quemadmodum uero sequenti tempore quarta pars ad *Marggrauium Albertum* per *Linkium Schuuobacensem* deuenit isque *A. 1467* cum ea parte ab *Imperatore Friderico* infeudatus fuit tresque quartae partes *Xenodochio Norimbergensi* nouo obtigerunt: ita adhuc iudicium illud secundum allegatam proportionem per *Iudicem* iuratosque *Scabinos* administratur. Porro etiam *Sigismundus Imperator* anno 1416 *Ioannem* et *Franciscum Waldstromeros* praefectura forestorum imperialium ad *Reichelsdorf*, *Cazbanck*, *Herpertsdorf* et *Gaulenhofen* sitorum itemque singularibus ad rem forestariam pertinentibus iuribus, quae in *Cornburg*, *Brugk*, *Gebersdorf* et *Gaulenhofen* locis longe inter se distitis ab aliis ex parte plurima quam *Norimbergensibus* subditis exigebantur, nominatim uero consue pro aratro et messore soluendo omnibusque aliis forestalibus iuribus infeudauit. Constat autem

Num. IX.

1. 3. Tertiam feram ab altera parte pontis. *

2. Infit-

autem neque Waldstromeros respectu iurium iam allegatorum in alienos subditos neque praefectum iudicii Wendelsteinensis ratione eiusmodi iurium particularium in Burgravorum subditos ullam sibi sumsisse aut praetexuisse iurisdictionem.

* Notum est, Germanicis Imperatoribus Regibusque in regno diuersos fuisse saltus aut siluas dominicales, in quibus illi, dum saepius peregrinabantur, frui uenationibus, si uolupte erat, potuerunt. Vii igitur tales saltus uel diuersis Imperii Statibus cum reservatione iurium quorundam in feudum concesserunt uel suis ministris tuendos fouendosque tradiderunt: ita etiam Caesares forestum imperii ex utraque Pagantiae nunc Pegnitz ripa situm certis Ministerialibus demandarunt nominatimque Stromeyeros, postea uero Waldstromeros dictos, supremos rei forestariae et uenatoriae Praefectos hic locorum constituerunt. Vt autem clarius de supremo rei forestariae officio huic genti concessio loquamur, anno 1223 Caesar Fridericus Henrico et Gramlibio Stromeyeris suum et imperii forestum ad Norimbergam situm pro feudo indulget ita, ut si uel ipse uel posteri non adessent, sui et suorum loco uenarentur. Porro etiam Rex Conradus anno 1266 Waldstromeris modo dictis iura in forestum imperii Norimbergensem, quae huc usque tenuerunt, confirmauit his uerbis; Conradus Rex concedit — forestum in Nurnberg eo iure, quo tenuerunt in haec tempora, omni tempore. Quemadmodum igitur in designatione Ministrorum forestalium ab A. 1302 facta Conradus Stromayr Venator appellatur: ita etiam liquet, anno adhuc 1370 Waldstromeros supremo rei uenatoriae officio intra forestum imperiale defunctos fuisse; dum in Codice accepti et expensi ad Ciuitatem Norimbergensem pertinente legitur, dedimus seruo Waldstromerorum libram unam denariorum uel obolorum (ein Pfund Heller) honorarii loco, quod Senatui feras dederunt muneri. Praeter ea, quae

1177

2. Insuper quod tertiam feram possit tollere, capere et habere citra pontem in dioecesi Eystetenfi.

Num.

iam indicata sunt breuiter, aequae constat, non tantum a sequentibus Imperatoribus generaliter in litteris diplomaticis omnia et singula iura, quae olim Waldstromeri in forestum imperii Norimbergense habuerunt, fuisse confirmata et corroborata sed etiam sigillatim ab Imperatore Wenceslao anno 1376 litteris infeudationis demandatum fuisse Conrado, Ioanni, Henrico et Iacobo Waldstromeris, ut feras alerent, fouerent et usurparent eo, quo maioribus licuit modo. Postquam autem Waldstromeri anno Christi 1396 omnia et singula, quaecumque possidebant, iura Senatui Norimbergensi pretio dato et accepto reliquerunt: mandauit ille Rex, ut castrum imperiale uenationum Brum in foresto Laurentiano tanquam feudum possessum (quod postea d. 22 Dec. 1705 cum omni iurisdictione criminali contra affectatam a Burgrauensibus uniuersalis territorii praetensionem Ciuitati Norimbergensi iudicialiter addictum fuit) cum omnibus pertinentibus bonis Praefecto rei monetariae Herdegenio Valznero Senatori Norimbergensi tradant et relinquunt. Porro etiam quum eodem anno denunciatum sit Imperatori, nonnullos deprehendi, qui in foresto imperiali uenationis principalis limites transiliant ferarumque pennarum foeturam Federspiel impediunt: dicto Valznero grauiter iniunctum est, ut ne tale quid consilio et auxilio Ciuitatis Norimbergensis adiutus, ad quam Caesar hac de re litteras sigillatim dedit, sub poena offensionis grauissimae fieri et committi pateretur sed omni ratione prohiberet. Eo ipso quoque anno litterae exhibent prohibitoriae uniuersales, ut nullus imperii subditus ullo prorsus modo aut praetextu Valznerum saepius dictum in exercendo uenationis principalis iure ferarumque alendarum et fouendarum beneficio aliisque omnibus huc pertinentibus immunitatum generibus impediatur, arceatur aut repellatur. Quum igitur in litteris publicis, quibus Waldstromeri iura in forestum imperiale Ciuitati Norimbergensi uendiderunt, nulla iuris uenatorii principalis mentio facta et iniecta sit; Valzneri autem ius ferarum

Num. X.

1. 3. Tertiam arborem de foresto ac omnia ligna iacentia in eodem.*

2. Quod

rarum maiorum uenandarum a Caesaribus obtentum tueri satis abundeque non potuerint: factum hinc fuisse uidetur, ut ius illud uenationis principalis sensim sensimque Burgrauii affectarint et usurparint; quanquam huius rei nullum hi exhibere possint testimonium litterarum publicarum. Quod si igitur ius tertiae ferae, quod tunc temporis imperio uacauit, secundum litteras infeudationis Burgrauio Friderico concessum et indultum fuit: non aliter hoc quam de foresto Laurentiano est intelligendum nec, si ex iure tertiae ferae ius uenationis principalis extorqueri uult, ullo modo in forestum Sebaldinum extendendum; quia hic tantum forestarii officio fungebatur, uti Koleri postea Forstmeister nominati in silua Laurentiana tale officium exercebant. Unde etiam nondum exploratum est, quo nomine et modo ius uenationis principalis in foresto Sebaldino acceperint obtinuerintque. Caeterum uti Burgrauii, quum anno 1427 iura sua in forestum imperiale Ciuitati Norimbergensi uenderent, sibi ius uenationis principalis exemerunt: ita etiam Norimberga ius aproum uenabulo feriendorum aucupationisque per pactum eodem anno factum sibi et posteritati bene cauteque prospiciens reseruauit. Hoc autem est primum illud punctum, quod in litteris infeudationis anno 1561 iudicialiter in Camera productis non expressum sed signo omissionis notatum fuit.

* Vii praecedens numerus de tertia fera ita etiam hic de tertia arbore non aliter quam respectu foresti iam Laurentiani accipiendus est intelligendus est. Quum etiam Burgrauius Fridericus anno, ut dictum est, 1362 coram Electoribus denunciasset, tertiam in foresto imperiali Laurentiano stantem arborem ad se pertinere: ei responderunt forestorum Praefecti et Ciues, se longis retro temporibus nihil quicquam de tertia unquam arbore percipisse

D

cepisse

2. Quod tertiam arborem de foresto ac omnia ligna iacenta in eodem possit tollere, capere et habere.

Num.

cepisse audiendo. Vnde etiam delegati Electores generatim decreuerunt, ut Burggrauii iura et beneficia in foresto Laurentiano, quae ipsi et maiores a Romanis Imperatoribus Regibusque antiquitus iam acceperunt, haberent et obtinerent, sed hoc tamen discrimine, ut ex redditibus, qui a carbonariis, uietoribus, corrasoribus picis Pechbrennern et carpentariis imperio debentur, tertia pars contingat Burggrauio itemque, ceu moris est antiqui, tertia pars lignorum materialium et igniariorum caedenda permittatur, sic quidem, ut nihil eiusmodi lignorum uendatur aut forestum turpiter excidatur. Caeterum haud ignotum est, iura sibi certa in forestum reseruasse Reges et Imperatores: quemadmodum anno 1266 Conradus Rex, quum Waldstromeris feudum supra dictum confirmasset, reseruauit sibi hoc modo; saluis tamen iuribus et seruitiis, quae singulis annis exinde nostrae Curiae tenentur. Quod denique ad iura in forestum Laurentianum et Sebaldinum a Burggrauis Ciuitati Norimbergensi uendita pertinet, in libello emtionis et uenditionis non ex parte iurium foresti Laurentiani, ceu foresti Sebaldini, quia in hoc officium de foresto tenuerunt, omnia et singula fusius distinctiusque recensentur sed modo generatim iura in foresto Norimbergensi parochiae Laurentianae, cuiuscunque sint nominis et generis, ad idem forestum eiusque fundos pertinentia memorantur simulque etiam iura iam allegata de tertia fera et arbore lignisque iacentibus una comprehenduntur. Vti igitur uerba de tertia arbore respectu foresti Laurentiani notanda sunt: ita etiam reliqua haec uerba, quod omnia ligna iacenta possit tollere, capere et habere, nullius nisi iam dicti foresti ratione intelligi possunt. De reliquo satis superque apparet, aliis etiam in locis talia imperio contigisse iura: quum Rex idem Rudolphus iam ante ciuibus Gelmbusanis permisit, ut ligna in foresto imperii Budingensi iacenta secarent et colligerent, his uerbis; Hagenouiae IX Cal. Maii regni 3 indictione 4 uolentes dictos fideles nostros ciues

Num. XI.

1. 3. Officium de foresto ab ipsa parte pontis cum suis attributiis. *

2. Infu-

ues in Gelnhausen fauore prosequi gratiofo, quod in nemore imperii Budinger Wald nuncupato ligna in terra iacentia secare possint & colligere sine omni contradictionis obstaculo, *conf. Mosers Reichs-Stadt-Buch T. I pag. 752. Atque hoc est secundum punctum, quod in supra dictis infeudationis litteris omissum fuisse deprehenditur.*

* Notandum est hic, forestum imperii Norimbergense Pegneso flumine diuidi et separari illudque adeo forestum, in dioecesi Bambergensi situm, Sebaldinum alterumque uero dioecesios Eistettensis Laurentianum uocari. Quum igitur a Caesaribus Regibusque Germanicis Praefecti forestorum imperialium ordinarentur: Waldstromeri quoque ab Imperatoribus clementissimis supremi forestorum ex utraque Pegnesi ripa sitorum imperialium Praefecti consituebantur et confirmabantur; cuius infeudationis litterae adhuc prostant. Porro etiam sub se habebant Waldstromeri supremi forestorum Praefecti duos forestorum Magistros: ubi ex parte foresti Laurentiani Koleri erant foresti Magistri illincque etiam Forstmeister dicebantur; ceu iam in litteris infeudationis Rudolphinae ab anno 1289 maiores ipsorum memorantur, qui foresti officium tanquam feudum obtinuerunt. Ex parte foresti Sebaldini tempore Rudolphi uacabat imperio officium de foresto: uade etiam Burgravius Fridericus officium hoc tanquam feudum a Rudolpho impetrare potuit; quum illud ante Praefectus (Ammann) imperialis iudicii Heroldsbergensis administrasset, *uid. Reichs-Saal-Büchlein.* Postquam igitur Burgravius officium foresti ex parte dioecesios Sebaldinae accepit neque tamen iura eius ipse perspecta habuit: ab officialibus foresti seu forestariis ea doctus anno 1294 cognouit. Hisse ergo consideratis perpenfisque ex tenore primarum et tertiarum infeudationis litterarum Burgravius solo foresti ex parte Sebaldina officio tanquam feudo maclatus est: secunda autem infeudationis charta ex singulari

D 2

Regis

2. Insuper officium foresti ab illa parte pontis uersus Castrum dioecesis Bambergensis cum omnibus attinentiis suis et quod ibidem forestarium possit ponere uel locare.

Num.

Regis Rudolphi gratia concessum est ipsi, ut sui loco forestarium poneret; ceu simili eidem modo in iudicio provinciali Caesareo a Carolo IV Imperatore singulari clementia anno 1355 permissum fuit sibi iudicem substituere. Hoc ipsum autem additamentum Burgrauio uel maximi fuit momenti: alias enim necesse habuisset Norimbergae sedem locare Senatuque Norimbergensi fidem quotannis iure iurando obstringere suam; quum nempe uerdocumenti a Carolo IV A. 1347 promulgati omnes officiales, forestarii et Zeidlarii utriusque foresti semel per annum coram Senatu apparere ibique per Sanctos iurare deberent, se omnia ea semper obseruaturus esse, quae Ciues ex Consulto decreuerunt imperio et ciuitati ratione forestorum profutura, itemque supremi forestorum praefecti sedem habere suam tenerentur Norimbergae, sin autem extra urbem uellent commorari, nullo gauderent iure in siluas et forestos. Hinc ergo satis euidenterque constat, Burgrauios, si de tertia fera ius uenationis primariae deriuare uellent, id ipsum in forestum Sebaldinum nullo sibi modo secundum has infeudationis litteras attribuere et usurpare posse: dum ista tantum seruitus de tertia fera, tertia arbore ac lignis iacentibus in forestum Laurentianum deuoluta est; quamuis etiam ex parte foresti Laurentiani Koleri foresti illius magistri ius idem uenationis primariae assererent et uindicarent sibi. Quemadmodum uero illud de tertia fera primum et istud de tertia arbore lignisque iacentibus secundum: ita hoc de officio foresti ex parte siluae Sebaldinae tertium est momentum, quod in productione litterarum infeudationis supra dictarum omissum fuit. Caeterum licet Burgrauius in confesso Electorum nullam de iure in forestum Sebaldinum competente mentionem fecerit: tamen Ciues ex ordine Senatorio Norimbergenses e re putarunt coram Electoribus declarare, nullum aliud conuenire Burgrauio ius in forestum Sebaldinum, quam quod foresti magistro competat. Tandem uero litterae restantur publicae, ea omnia, quaecumque habebat et tenebat Burgrauius,

Num. XII.

1. 2. 3. Villam Werdae. *

Num

gravius, nominatim sigillatimque enumerata et indicata iura in for-
stum Sebaldinum A. 1427 Senatui Norimbergensi in perpetuum da-
to acceptoque pretio reliquit.

* Haec uilla, quae in antiquo libello Waldstromeriano Kaisers, Wehrd
uocatur, uti etiam uilla Buch, pertinet ad feuda castrensia, die Burg-
leben genant una cum Schnepfenreut et Schnigling, quae pariter
a Rudolpho A. 1281 Burggrauui tanquam feuda castrensia accepe-
runt et A. 1427 Senatui uendiderunt. Haec autem uilla seu uicus,
uti cum uocant Aduocati Marggrauiensis A. 1427, quum multa ab
exuisione A. 1388 facta passim adhuc busta remanserunt, exigui iam
eo tempore uidetur fuisse momenti: quia Burggrauui, ut in tota re-
gione citeriori, ita etiam hic nullam habebant extructam capellam,
multo minus templum, ita, ut demum A. 1387 cum permissione Sena-
tus et consensu Plebani seu Parochi Sebaldini capellae extructionem
certis tamen conditionibus impetrarent. Neque etiam non constat,
Senatum Norimbergensem in eam exercuisse iurisdictionem; quia
Wehrdensibus interdictum fuit munire uillam. Tandem uero eam
Marggrauius Fridericus A. 1427 cum omni feudo et quicquid pro
capellae Wehrdensis impetrauit et obtinuit, ad Norimbergenses pre-
tio soluto transmisit: in quam uillam et alia publicis emtionis uen-
ditionisque literis denominata loca Sigismundus Imperator Senatui
Norimbergensi tantam concessit iurisdictionem, ut istae iam supra di-
ctae uillae, homines et bona et si qua postmodum ex nostra nostro-
rumque successorum gratia plura ad Ciuitatem Norimbergensem de-
uenirent, in obsequio mandatisque Senatus Norimbergensis nullo inter-
rumpente tempore maneant persistentque ita, ut eos homines cum uillis
et bonis Ciues Senatorii Ordinis Norimbergenses non alio regant, gu-
bernent, constituent transformantque modo, quam quo ex concessa
ab antecedentibus Imperatoribus Regibusque libertatis immunitatis-
que gratia Ciuitatem ipsam Norimbergam citra ullius contradic-
tionem

D 3

nem

Num. XIII.

I. 2. 3. Villam Buch. *

Num. XIV.

I. 2. 3. Oppidum Schwand. **

Num. XV.

I. 2. 3. Castrum Creufen. ***

Num.

nem et praesumptionem regere et gubernare possunt ac uolunt. Hoc autem est quartum momentum, quod in litteris iam saepe dictis solita omissionis nota signatum fuit.

- * *Villa seu uicus Buch, qui supra inter comitatus uillarum occurrit, olim a praefecto castris Burggrauensi regebatur et administrabatur. Sed tamen notandum est, subditos hic locorum habitantes Imhofianos, Holzschuerianos et Kressianos itemque unum ad Burggrauios deuolutum non a Burggrauis uenire potuisse; quia in priore concessione, qua Marggrauio Friderico per Imperatorem Sigismundum licuit A. C. 1427 haec ipsa bona uendere, non alia quam haec uerba reperiuntur, quicquid in uilla Buch tenet. Hoc autem est quintum momentum in supra allegatis infeudationis litteris omissum silentioque tectum. Tandem etiam hoc numero XIII finiuntur eae partes, quae in agro Norimbergensi sitae sunt quaeque autem ut reliquae aliae nullum cum Comicia Burggrauiae nexum habuerunt; licet hoc ex parte contraria pertinacissime asseratur et propugnetur.*
- ** *Schwand iacet in Comitibus Hirschbergensi ultra miliare situm a Schwarzacho ad Wendelsteinium, cuius dimidia pars ultra fluium modo dictum iacet. Hoc autem est sextum consueto omissionis signo notatum momentum.*
- *** *Hic locus iacet ad Moenum rubrum, rothen Mann ultra spatium trium horarum a Barutho urbem Pegnesum uersus. Antiquis temporibus castrum hoc ad Ezilonem seu Henricum Schweinsurtensem pertinuisse fertur. Quum uero ex relatione Brunneri in Annalibus Boiorum*

Num XVI.

1. 3. Aduocaciam coenobii in Steyna. *

Num. XVII.

1. Decem libras denariorum de officio Sculteti in Nuremberg.
2. Decem librarum denariorum reditus de officio Sculteti in Nuremberg.
3. Reditus decem librarum denariorum de officio Sculteti in Nuremberg. **

Num.

iorum contra Caesarem Henricum II rebellasset eumque in finem coniugem liberosque hic abscondisset: istam arcem Imperator expugnasse dicitur, qua postea Fridericus II Imperator Conradum Comitem de Vohburg donauit; quum iam ante haec tempora Comites de Vohburg multa alia in his terris bona possederunt. Tandem Caesar Carolus IV Burggraui Friderico concessit indulsetque, ut ex castro Creusen urbem conderet extrueretque. Hoc autem septimum est ex illis momentum, quae in litteris supra memoratis silentio praetermissa fuerunt.

* *In secundis infeudationis litteris nihil de hac Aduocacia legitur. Situm autem est coenobium Steinach siue Moench-Steinach, quod in usus politicos translatum est, quatuor horarum spatio a Neostadio ad Aischam contra Schlusselfediam. Anno 1202 dicitur Adelbertus de Stein siue Steinach hoc ex castro eiusdem nominis condidisse et Conradus IV anno 1265 Friderico Burggraui Aduocaciam coenobii in Steinach concessisse fertur. Anno 1291 Abbas et Conuentus monachorum litteris publice datis sese obstrinxerunt ita, ut nullum uellent contra eius uoluntatem sibi sumere aduocatum. Hoc autem est octauum momentum, quod in litteris infeudationis etceteratis non legitur: quamuis etiam in suppleto exemplari secundae chartae Rudolphinae haud reperiatur; quum tamen in prima Rudolphina et Albertina proflet. Vti igitur tres istae succedentes sibi partes extra districtum Norimbergensem iacent: ita sequuntur nunc duo alia bona, quae pignora imperii fuerunt.*

** *Hunc et sequentem numerum a plurimis aliis iam ante citatis numeris longe diuersum fuisse, non ex ordine tantum, quo locati stant, sed ex eo etiam, quod sub nomine oppignoracionis in unam tertiam partem de officio*

Num. XVIII.

I. 3. Decem libras de theloneo ibidem.

2. Redi-

officio Sculteti et iudicio Norimbergensi itemque oppignoracionis de teloneo Norimbergensi singularibus in litteris emtionis uenditionisque a Margrauiio Friderico eiusque Coniuge Elisabetha nec non a Margrauiio Ioanne eiusque uxore Barbara ut et a Margrauiio Friderico et Alberto ad diem Veneris post lucem S. Ioanni sacram **Sunnemwend** genantur anno 1427 tanquam pignora imperii ad Senatum Norimbergensem deferbantur: quum tamen iam in libello emtionis uenditionisque iurium de forestis sub nomine decem librarum pro annuo reditu in tertiam partem tertiae partis de officio Sculteti et iudicio emphyteuscos instar et decem librarum denariorum pro annuo reditu in teloneum Norimbergensem eodem modo legantur. Hinc ergo patet, Burgrauium ab Imperio nihil aliud de officio Sculteti quam duas tertias partes emolumenti, lucri et uictus et de tertia parte reliqua decem tantum libras denariorum in pignus feudali titulo accepisse. Verum enim uero haec imperii feuda et pignora de officio Sculteti post tot hypothecariorum mutationes, ut supra dictum est, Senatus Norimbergensis impetrauit et obtinuit. Caeteroquin etiam Carolus IV anno 1360 Vlrico domino de Hanau et Praefecto Prouinciali in Wetterania officium Sculteti Francofurtanum pignori reliquit ea conditione, ut exsolui iterum possit uigore litterarum ea de causa exaratarum; sic tamen, ut, quocumque tempore nos aut nostri successores in imperio Romani Caesares et Reges aut alius nostra causa officium Sculteti Francofurtanum, quod isti Vlrico eiusque haeredibus oppignoratum est iam ante nos et a nobis, pignore exsoluere uelimus ui litterarum hanc in rem datarum, conf. Glasei anecdota p. 67. Sub finem declarat praedicatum, quod Rudolphus et Alberius Num. V Sculteto tribuerunt, quum Scultetum nostrum appellarent, cum ante et post primas infeudationis litteras Imperatoris fuisse.

* Haec decem librae de teloneo Norimbergensi reperiuntur tantum in litteris emtionis uenditionisque iurium ad foresta pertinentium exaratis sequentem in modum; decem librae denariorum pro reditu annuo in teloneum

2. Reditus decem librarum de theloneo ibidem.

Num.

teloneum Norimbergense emphyteuscos nomine. Conquestus est etiam Burggravius coram Electoribus anno 1362, quod sibi decem librae denariorum Norimbergensium pro reditu annuo in teloneum Norimbergense retentae fuissent. Postquam uero Ciues Norimbergenses responderunt, teloneum esse imperii et Imperatoris telonarium sedere Norimbergae, qui scire possit, quo iure aut qua consuetudine Burggravius id sibi sumserit: eam hinc tulerunt sententiam Electores, ut decem librae denariorum Norimbergensi ualore in telonium Norimbergense quotannis Burggrauio competant. Posthaec autem a Burggrauis decem illae librae eodem modo ac priores uendebantur. Quia igitur sub hypotheca, quae in maioribus emtionis uenditionisque litteris non expresse denotata legitur, nihil aliud nisi decem librae denariorum pro annuo reditu in teloneum significari potuerunt: sole meridiano clarius euentiusque apparet, litteris infeudationis prioribus ab anno 1273 et 1281 tales etiam insertas fuisse partes, quas Imperium et Caesar, suuolucrunt, pignore rursus exsoluere potuerunt. Quod uero ad ipsum telonium Norimbergense attinet, id eo tempore, quo Rudolphus Burggrauis inuestiuit, imperio competebat: uti hoc iam dictus Rex ciui ex ordine Senatorio Norimbergensi Conrado Borchtel in sexennium concessit. Cuius rei testimonium exhiberi potest ex documento, quod ab eodem Rege Augustae Vindelicorum A. 1276 II Non. Mart. Regni III atque ita ante secundam infeudationem A. 1281 factam datum et promulgatum est; ubi uero nullum extat uerbum de decem libris, quae Burggrauio ex redbitus telonii Norimbergensis solui debeant: „Rudolphus D. G. R. quod nos Conrado Vor-
 „telino ac suis heredibus theloneum nostrum in Nurmberg ad sex
 „annos continuos concedimus et concessimus colligendum, ita, quod sin-
 „gulis annis predictis ipse uel sui heredes nobis exinde soluere tenean-
 „tur, quaecunque ab his, qui ante dictum theloneum habebant, solui
 „retroactis temporibus est consuetum &c. „ Item etiam Rex Albertus post infeudationem a se factam Coenobium Vallis Angelorum ab isto telonio liberauit ui et tenore litterarum A. C. 1304 Norimbergae Id.

E

Angu-

Num. XIX.

1. Cum reliquis feudis, quae idem et sui progenitores a nostris antecessoribus ante habuisse dignoscuntur.

2. Cum aliis feudis, quae praedictus Burggravius et sui progenitores ab inclytæ recordationis Imperatoribus et Regibus nostris praedecefforibus feudali titulo tenuerunt et habuerunt.*

3. Cum

*Augusti datarum: „ut ex nunc in antea a solutione et prestatione the-
„lonci in Ciuitate nostra Nurnberg perpetuis temporibus exempte esse
„debeant, libere et immunes. „ Vti igitur hoc a duobus Regibus,
qui Burggrauios inuestiuerunt, factum et indultum est: ita etiam
postmodum Ludouicus A. 1339 et Carolus IV A. 1347, 1349, 1359
telonium supra dictum familiae Grosseniorum Norimbergensi pignoris
loco concessit et confirmauit. Hinc autem istius telonii oppignratio
ab Imperatore Carolo IV ad Burggrauium Fridericum A. 1365 trans-
lata est: qui deinde eam Magistratui Norimbergensi tradidit hypo-
thecae loco tandemque anno 1427 ex Imperatoria confirmatione re-
liquit.*

- * Caetera seu potius secundum sic dictam A. B. alia feuda, quae iam ante Burggrauii tanquam Comites Zollerani possederunt et postea acceperunt, sine omni dubio in litteris maioribus emtionis uenditionisque per haec indicantur uerba; „Doch in diesem Kauf nehmen wir aus
„und behalten uns, unsrer Herrschaft, unsern Erben und Nachz,
„kommen unsere Lehen geistlich und weltlich bevor. „ Quum haec feuda non in sexum masculinum restricta sint: etiam ista, quae in litteris pro uenditione Castri der Burghut et iurium forestalium exaratis indicantur, pro feudis sexus feminini habita omnino fuisse uidentur; quia non modo Burggrauii Friderici filia pro futuro euentu in societatem infeudationis uenit, sed etiam in exaratis emtionis uenditionisque chartis Friderici et Ioannis Marggrauiorum Coniuges a fronte et a tergo una cum maritis suis nominatim exscribebantur. Adhaec ex istis uerbis, quae idem et sui progenitores habuisse dignoscuntur, luculenter euidenterque patet, ea, quae in primis infeudationis

3. Cum reliquis feudis, quae idem et sui progenitores a nostris antecessoribus habuisse dignoscuntur.

Num.

dationis litteris denotantur, pro feudis recens acceptis habenda esse. Quamvis autem fieri omnino potuerit, ut aliqua eorum uel iam administrarint uel pignoris loco tenuerint: tamen ista tunc demum a Rudolpho pro feudis acceperunt; unde etiam sub initium primarum et tertiarum infeudationis litterarum uniuersa bona infra scripta, in secundis autem sub finem omnia supra dicta uocantur. Iam uero si quis, quaenam feuda alia Burggrauus Fridericus tenuerit, scire cupiat: tanto minus ea de re iudicare licet; quum in confirmatione ea, quam Friderici Nepos a Carolo IV impetrandam curauit, ex numero XI documentorum nullum aliud nisi unicum de Creusen, quod Burggrauus Fridericus A. 1251 atque ita iam ante inuestituram Rudolphinam a Conrado IV in feudum accepit, reperiatur. Notari etiam hic meretur, in confirmatione ista sic dicta Caroli IV duas Rudolphinae inuestiturae chartas silentio praetermissas tantumque Albertinas germanico etiam sermone exaratas litteras in publicum fuisse productas. Quia igitur nulla adhuc ne unica quidem infeudationis litterula in alia hic locorum sita quam superius iam allegata imperii feuda ante hanc inuestituram producta fuit: credendum est omnino, per alia feuda nihil aliud nisi bona haereditaria antiquae familiae Zolleranae uel forsitan etiam feuda in Austria sita et ab ipsis possessa uel etiam per matrimonium acquisita indicari. Verum enim uero non omnes ex gente Comitum Zolleranorum feudis acceptis et possessis uidentur fuisse inuestiti et ornati. Nam anno 1298 concessit Albertus Friderico Burggrauio, ut Conrado Burggrauio in feudis Calchreutenribus substitueretur; anno 1358 indulget Carolus IV Burggrauio Friderico ius expectationis in feuda Burggrauii Alberti recidentia: anno 1262 Bertholdus Episcopus Bambergensis impertit filiabus Burggrauii Friderici Mariae et Adelheidae copiam succedendi in feudis Conradi patris; anno autem 1266 confirmat hanc substitutionem cum ordinatione et uoluntate eiusdem Conradi tandemque anno 1267 permittit, ut feudis iam dictis etiam Friderici uxor et

E 2

filia

Num. XX.

1. Titulo feudali concessimus in feuda non solum sibi sed etiam ex speciali liberalitate et gratia Marie filie sue uxori Ludouici iunioris Comitis de Ottinga et ceteris filiabus eiusdem Burggrauii.

2. Sic et ipsi nunc concedimus in feudum et Marie sue filie uxori nobilis uiri Comitis de Ottingen ac ceteris eiusdem Burggrauii filiabus. *

Num.

filia Maria post ipsius mortem, quoad uiuunt, fruuntur et utantur. Quod reliquum est, notari adhuc meretur, Rudolphum Regem priores a se Reges et Imperatores non dixisse et appellasse progenitores sed antecessores et praedecessores; quia ex ipsis haud natus et genitus oriebatur sed primus erat ex stirpe Habsburgica factaque postmodum Austriaca domo. Sic etiam Burggrauus Fridericus in traditione Capellae S. Othmari priores a se Burggrauos antecessores, non autem progenitores uocauit. Quum igitur hic feuda ea memorentur, quae Burggrauus et sui progenitores habuisse dignoscuntur; non alia possunt intelligi feuda, quam quae ad familiam Zolleranam pertinebant.

* *Quum in prima et secunda infeudationis charta, non autem tertia, ubi haec uerba omissa sunt, Maria Burggrauii Friderici filia ex priori coniugio nata Patri suo, si nullus haeres masculus extabit, et porro ei, si nullam relinquet prolem, caeterae sorores in feudum substituebantur: tanto mirabilior haec nobis substitutio uidetur; quanto magis euidentiusque constat, Friderici Burggrauii fratrem Conradum cum tribus filiis adhuc uixisse. Patet etiam ex superioribus, hanc substitutionem in prima et tertia infeudationis charta, quae anno 1561 iudicialiter in Transumptis der brieflichen Urfunden producta fuit, a uerbis, sed etiam ex liberalitate, usque ad uerba, in feudis memoratis, itemque in secunda a uerbis, et Mariae filiae suae, usque ad uerbum, deuoluentur, omissam fuisse. Caeterum memorat Abbas Otto Eluungensis, quum ei Fridericus et Elisabetha uxor de ditone Byru-*

1. Ad maiorem itaque obseruantiam premissorum et roboris firmitatem scripta presentia nostri sigilli caractere iussimus roborari. Datum Aquisgrani 1273, VIII Kal. Nou. Ind. III. *

2. Sicut alia de consensu nostrorum Principum Aquisgrani omnia supra dicta sub cereo nostro sigillo sibi concessimus — — Testes huius rei sunt Seinen. E de Katzenelnbogen. H de Fürstenberg. A et B de Honberg Comites et Nobiles Viri V. de Clingen, G. de Bruneck, C. et G. de Hohenloch et alii quam plures. In cuius concessionis nostrae testimonium et perpetuam firmitatem

Byrutenſi pertinentibusque bonis, quae illa a fratre Ottone Meraniae Duce haereditario nomine accepit, caſtellum in Cadolsburg demandaret, anno 1265 quarto die exeunte Iulio ui litterarum publice exaratarum conſtitutum fuiſſe, ut ſi Maria Burgrauii Friderici filia aut ipſius maritus Comes Ludouicus de Ottinga ſine haerede decederet, omnia bona in Burgrauium eiusdemque uxorem et haeredes, ſi quaererent, recidere deberent.

* *In prima et tertia infeudationis charta nullum de conſenſu Principum reperitur uerbum. Porro etiam in prima infeudatione nulla eſt adiecta recognitio neque ſignum Regis neque teſtes nominati. Secunda quidem in charta teſtes leguntur in recognitionem Commiſſariorum: at tamen, quum litterae iſtae ſub aurea bulla datae ſint, nullus Cancellarius neque Vice-Cancellarius ſed modo Protonotarius infra notatus reperitur. Quin et inter teſtes denominatos nullus inuenitur Princeps ſuae Illuſtris, licet de conſenſu Principum mentio fiat atque hinc nonnulli praesentes fuiſſe credantur: ſed praeter Seinen (quid haec autem uox denotet ſignificetque, nondum conſtat uel an ſpectabiles hinc intelligantur, haud prorsus liquet) tantum IV Comites et IV Nobiles Viri deprehenduntur. Verum enim uero Aduocatis Burgrauienſibus denominatio teſtium admodum difficilis fuiſſe uidetur: quia etiam adhibiti teſtes uel in ipſa charta, qua dignitas principalis conſeſſa eſt a*


F

Carolo

firmitatem praedicto Burggrauiio praesentes litteras dari et Bulla nostra aurea Typario Regiae Maiestatis impressa iussimus communiri. Signum Serenissimi Domini Rudolphi inuictissimi Romanorum Regis. Actum et datum anno Domini MCCLXXXI, Regni nostri anno VIII. Datum Gemundiae pridie Nonas Sept. Per manus Magistri G. Patauiensis Praepositi Regalis Curiae Protonotarii.

3. Ad maiorem itaque — — roborari. Datum apud Argentinam Idus Maii indictione XIII anno Domini MCCC, Regni nostri anno II.

Carolo IV Burggrauis, non recensentur ac denominantur sed omittuntur. Conf. *Transumpta der brieflichen Urkunden, so vor dem Kaiserlichen Commissario zu Culmbach produciret worden im Jahr 1561.* Haec sunt igitur, quae de tribus iisque primis infeudationis litteris super bonis infra et supra ibi scriptis a Rudolpho et Alberto Comitibus de Zollern concessis breuiter succincteque sine ullo partium aut praedictatae opinionis studio ex solo ueritatis eruendae historiaeque patriae illustrandae amore conscripta et exarata luci eruditorum publicae expono simulque etiam non tam inique et peruerse sentientium hominum, qui, quum talpa caeciores sint, lyncibus falconibusque acutiores nasque in morem canum ab indagine nomen gerentium emunctioris esse et haberi uolunt illincque omnia naso adunco suspendunt suo ipsique ἡλόν ἔχουσιν ἀλλ' οὐ κατ' ἐπίγνωσιν καὶ θελοῦσιν εὐπεσοῦπισαι sed cordate ingenueque iudicantium ueritatisque cupientium scurrilemque σπερμολόγων et συκοφαντῶν morem auersantium examini disquisitionique lubens uolensque submitto confidens, fore, ut si qua habent certiora et firmiora, ea nos docere haud recusent ac dedignentur. Caeterum incertus dubiusque haereo fateri, num antiquissimae splendidissimaeque Familiae Zollernanae, quae eo tempore iam multas gentes ingenti claritate et nobilitate superauit, ex hac infeudatione cum bonis diuersis atque etiam Comicia Burggrauiae in Nurnberg facta, an inde Comiciae Burggrauiae in Nurnberg ex prisco fulgore Gentis Zollernanae maius insigniusque ornamentum accesserit eueneritque.



ULIM
CVRAM ET CONTENTIONEM
PRVDENTER INDVSTRIEQVE ET SOLERTER
MAIORES ET ANTECESSORES VESTRI
PATRES CONSCRIPTI
LIBERAE NEC VNQVAM MVNICIPALIS
CIVITATIS NORIMBERGENSIS

PRO
IVRIBVS IMMVNITATIBVSQVE
HONORVM ET BONORVM
SINGVLARITER AFFLVENTERQVE
CONCESSIS. INDVLTIS. CONFIRMATIS
CONTRA
PERPETVAS INVIDORVM ATTENTATIONES
DIVINO NVMINIS AVXILIO
SVFFVLT
HABVERVNT. GESSERVNT. TENERVNT
TANTAM
ETIAM
MORE MAIORVM ET EXEMPLE
CONCITATI

VOS
PATRIAE NOSTRATIS
PATRES DIVINITVS DATI
PERILLVSTRES AC GENEROSISSIMI
DOMINI

DVVMVIRI. TRIVMVIRI. SEPTEMVIRI
CENSORES. CONSVLES. SENATORES
PRVDENTISSIMI GRATIOSISSIMIQVE
SOLERTIAM INDVSTRIAMQVE
PRO
TVENDIS CONSERVANDISQVE
IVRIVM ET PRIVILEGIORVM
SINGVLARI NVMINIS CAESARVMQVE GRATIA
COLLATORVM ET AMPLIFICATORVM
BENEFICIIS ET PRAEROGATIVIS
PVBLICE PRIVATIMQVE
DECLARATIS ET COMPROBATIS
OMNESQVE EOS

PRISCAM ET ILLAESAM
CIVITATIS NORIMBERGENSIS
LIBERTATEM ET IMMUNITATEM
SINCERO VERITATIS ET PATRIAE AMORE
GNAVITER EFFICACITERQUE
DEFENDUNT AC PROPUGNANT
SINGVLARI AFFLVENTIOVE GRATIA
MACTATIS ET CVMVLATIS

VTI IGITVR
LARGISSIMO PROLIXISSIMOQUE
CLEMENTIAE AC BENIGNITATIS
TESTIMONIO ET EXEMPLO
COMMENTATIONEM HISTORICAM
DE

NORIMBERGA SEMPER LIBERA
CONSCRIPTAM A ME ET PVBLICATAM
AFFECISTIS ET EXTVLISTIS

ITA ETIAM
CEV SPERO ET CONFIDO
SVCCINCTAM HANC ENODATIONEM
DE

TRIBVS INFEVDATIONIS LITTERIS
QVAE

COMITIBVS DE ZOLLERN
FRIDERICO PATRI ET FILIO
BVRGGRAVIIS DE NVRNBERG

^A
RVDOLPHO ET ALBERTO
GLORIOSISSIMIS IMPERATORIBVS
CONCESSAE ET INDVLTAE FVERVNT
A ME.

FIRMIS THESAVRI EBNERIANI PRAESIDIIS
SVFFVLTO ATQVE INSTRVCTO
ELABORATAM ET EXSCRIPTAM
SVSCIPIETIS ET ADMITTETIS
VESTROQUE

ME
SINGVLARI FAVORE
DIGNABIMINI ET PROSEQVEMINI
SVBIECTISSIMVM CLIENTEM
IO. PAVLLVM ROEDERVM
PASTOREM AD D. LEONARDI



Ng 5650

ULB Halle
007 401 37X

3







3

619

SVCCINCTA ENODATIO
DE
TRIBVS IISQVE PRIMIS
**INFEVDATIONIS
LITTERIS**

QVAE

A. 1273, 81 et 1300

BVRGGRAVIIS IN NVRNBERG
EX GENTE COMITVM DE ZOLLERN
FRIDERICO PATRI ET FILIO

A

RVDOLPHO ET ALBERTO
ROMANORVM REGIBVS

SVPER

BONIS IBI SVpra ET INFRA SCRIPTIS
CONCESSAE ET INDVLTAE FVERVNT
SOLO VERITATIS HISTORICAE STVDIO
SINE OMNI PRAEIVDICIO
NIMIAE CONFIDENTIAE AVT DIFFIDENTIAE

AD

ILLVSTRANDAM

CIVITATIS NORIMBERGENSIS
SEMPER LIBERAE NEC VNQVAM MVNICIPALIS
HISTORIAM
CONSCRIPTA ET PVBLICATA

A

I O. SLEIDANO

NORIMBERGAE A. O. R. c1515ccLI.

